



Kern 86
(1-54; a-g)

13

CONSPECTVS LABORVM

QUIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI cło 1000 XXXXVII.

OCCVPAVNTVR

PRO-RECTORE
THEOD. CHRISTOPH. VRSINO,

MEDIQINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE HVIVSQVE PRO-
FESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES

Pro - Rectoris, Directoris & Cancellarii.



I THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, h. l. PRO-RECTOR, per instans se-
mestre hibernum, hora II-III. alteram *Cursus philosophici* partem, quae
practicas continet philosophiae partes, duce S. R. WALCHIO publice in-
terpretabitur; hora III-IV. B. HEINECCI Elementa philosophiae *ra-*
tionalis & moralis exponet; hora IV-V. *Metaphysicam* tradet, ad ductum
theium suarum: *Anfangs-Gründe der philosophischen Wissenschaften über-*
haupt.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. in scholis publicis, hora tertia po-
merid. habendis, exponet *usum iuris Canonici in iure publico ex instrumento pacis per*
XXXIII. capita, primario ex *art. V.* eiusdem instrumenti hausta, in calamum dictan-
da; priuatis vero curis commentabitur hora IX. ad *institutiones iuris Canonici a se*
editas, in quibus principia ad intelligentiam tum instrumenti pacis, tum integri iuris
ecclesiastici, priuati aequae ac publici, tum eius vsus, qui per omnes reliquas iuris
partes sese diffundit, tradenda sunt.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, *Hor. XI. mat. & Hor. III. pomerid. Ius Na-*
turae & Gentium duce Grotio in praeclearo opere de Iure Belli & Pacis interpretabitur;
Hor. IV. pomerid. vero Politicam cum genuinis principijs iuris publici vniuersalis ex-
plicabit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS in explicatione *tabularum catecheti-*
carum b. Speneri perget eamque ad finem perducat. In *paraeneticis* lectionibus *prio-*
rem epistolam ad Timotheum ad vsus practicos & ministeriales porro applicabit; praeter-
ea duabus horis confuetis *epistolam ad Epheios* ascetice tractaturus, exegeti illius
non praetermissa.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publicis praelectionibus hora III. a me-
ridie historiam passionis & resurrectionis dominicae harmonico ordine ex tribus prio-
ribus Evangelistis explicabit: *privatis* vero hora IX. Ezechielis vaticinia.

SIGISM. IAC. BAUMGARTEN b. c. D. h. VIII. alteram partem *Theol. dogmati-*
cae explicabit, atque hora XI. post controversias theologicas *theologiam moralem* tra-
ctabit: scholas etiam postmeridianas instaurabit, h. IIIII. finita *librorum symbolicorum*
illustra-

illustratione epist. Pauli ad Coloss. interpretaturus, & h. VI. *hermeneutica sacra* ad finem perducta institutiones litterarias redorsurus operamque daturus ut eo tempore *introductionis in notitiam librorum theologicorum*, quae typis exscribitur, plene compareat.

BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ H. IX. *pericopas epistolicas tractatione exegetica & homiletica dilucidabit. Publice* H. X. continuabit *scholas Theologiae moralis*. H. III. *Evangelia dominicarum & festorum* ad usum sermonum sacrorum transferre docebit. Continuabit etiam *Exercitationes consuetas disputationum tum priuatas tum publicas de fide in Iesum Christum: iisque, qui priuatissimam institutionem in Homilet. exposcunt, opera sua inseruer.*

IO. HENR. CALLENBERG publice hora II-III. certorum hebdomadis dierum *Historiam ecclesiasticam Noui Testamenti* pertractabit: praeterea *Isagogen ad fructuosam singulorum Veteris Testamenti librorum lectionem* suppeditabit; prosequetur etiam *theologiae antiudaicae exercitamenta.*

IO. GEORGIUS KNAPP h. 10-11. per aliquot dies praepcepta *hermeneutica* tradere, reliquis vero diebus interpretandó libro aliquo biblico illa ad usum transferre constituit. h. 5-6. perget in altera *theologiae dogmaticae parte, siue anthropologia* proxime coepa, eamque hoc semestri absoluet. Die Solis h. 5-6. perget in tractatione *aetetica epistolae posterioris ad Timotheum.*

IVRIDICAE.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora X. *sex per hebdomadem diebus, STRVVI* *iurisprudentiam Romano-Germanicam forensen*, ea, qua par est, fide atque industria, interpretabitur. Priuatim vero, hora VIII. matutina, *institutiones suas iurisprudentiae naturalis, tum priuatae, tum publicae*, in bibliopolio Bierwirthiano profitantes; hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* hora denique III. *elementa iura iuris feudorum, tum prouincialium, tum imperialium*, (quorum copiam dabit Orphanotrophum.) commentationibus suis, pari ratione, illustrabit.

CAR. GOTTLIEB KNORRE Hora XI. HEINECCII *Elementa Iuris Cuius secundum ordinem Institutionum*, & Hora XII. IUNCTA II. LVDVICI *Pandectas* interpretabitur. Denique *Ius Germanicum* Hora III. docebit. Facturus initium finitissimis nundinis Lipsiensibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE semestri hoc hyberno Collegium ad ipsum *Textum Institutionum Iustinianearum* aperiet, in simul in B. LVDVICI *Doctrinam Pandectarum* omni fide ac industria commentabitur, de horis huius Collegii impendendis & valuis publicis Dnn. Auditores admoniturus. *Initium horum Collegiorum b. c. D. fiet, finitissimis nundinis Lipsiensibus d. 16. Octobr.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER ea qua decet fide ac industria versabitur in expositione *Elementorum iurisprudentiae criminalis* hora VIII. in tradendis *doctrinis pandectarum* secundum Dn. PARENTIS compendium hora X. & II. in praefationibus ad *Institutiones* duce HEINECCIO hora XI. Aperiet quoque *scholas iuris feudales* secundum compendium STRVVI hora III. facturus initium finitissimis nundinis Lipsiensibus h. e. d. 16. Octobr.

IO. TOBIAS CARRACH priuatim 1) docebit *Ius Naturae & Gentium* praesente HEINECCIO hor. IX. 2) In collegio *Institutionali* tradet *Differentias Romani & Germanici Iuris* vel ad *Textum Institutionum IUSTINIANEARUM* vel ad HEINECCII *Elementa* hora XI. atque 3) *easdem Differentias Ordine Pandectarum* duce HEINECCIO exponet hora X. iuncta II. pomerid. 4) Collegium quoque *processuum elaborationem* concedet illis, qui hac de re atque de hora commoda cum eo conueniunt.

DANIEL NETTELBLADT perget hora I-II. singulis saturni diebus publice interpretari sua Praecognita *vnuerbiae eruditionis*, & Hora VIII-IX. priuatissimas praefationes in *systema Pandectale* continuabit. Vtrumque suum *systema elementare* vero, quod typis exscribi curabit, & in officina libraria Rengeriana prostabit, confusus horis, nimirum *systema iurisprudentiae naturalis* hora I-X. & *systema iurisprudentiae positivae* hora X-XI. & II-III. interpretabitur. Docebit etiam hora XI-XII. duce SCHMAYSSIO *Ius Publicum*, & hora III-IV. *vnuerbalem iurisprudentiam practicam, tam iudicalem quam extraiudicalem, ad ductum systematis iurisprudentiae practicae eum in finem elaborandi.*

MEDI.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI sequenti hyemali Semestri *Publico* labore ad finem b.c. D. perducet tractationem Pathologico-Practicam de Affectibus morbosis Virginum: qua absoluta, Grauidarum pathemata explicabit. *Priuato* munere *Materiam Medicam* demonstrabit & ad vsum Practicum applicabit a 1x ad xnam. Dein *Collegium Praedictum* aperiet a x ad xi. & coniunctim a 11 ad 111.

I. IVNCKER lectionibus publicis *Chirurgiam medicam* absoluet. *Priuato* studio hora decima *Therapiam specialem*, vndecima autem *Physiologiam & Pathologiam* docebit. *Priuatissime* hora octaua *Collegium Clinicum* consueto more continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publice, horis atque diebus haecenus consuetis, recitationes suas in BOERHAAVII *Institutiones medicas* continuabit, easque vt hocce semestri b.c.D. absoluat, omni studio adlaborabit. *Priuati* autem hora VIII. ad IX. *Pathologiam specialem* & hora XI. ad XII. fundamenta *Semiologiae* explicabit, illorum simul haud defuturus desiderio, qui manu ductionem ad *Praxin clinicam* desiderarunt, si de horis commodis, labori huic destinandis, tempestiue cum ipso conuenient.

FRIDERICH HOFFMANN, Publice physiologiam, priuatim vero pathologiam, in compendium, quod in officina libraria Rengeriana prostat, praeleget. Collegium etiam in materiam medicam inchoabit, horasque haece collegiis destinatas suo tempore e vltis publicis indicabit. Inicium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

D. PHILIPVS ADOLPHVS BOEHMER diebus *mercurii & saturni publice* hora XI. praeleget institutiones physiologicas ad ductum Compendii B. SCHVLZII. *Priuati* hora VIII. matut. commentabitur in Dispensatorio Regium Boruffo-Brandenburgicum, simulque ipsi formularum rite conscribendarum praecepta iunget, reliquis autem *horis antimeridianis* sc. hor. IX-XI. instituet *praeparationes anatomicas priuatas & priuatissimas*, horaque demum III. p. m. demonstrabit anatomem in corporibus humanis, iunctis in sectionum interuallis *praelectionibus osteologicis*.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora x. prioribus per hebdomadem diebus Chaldaica Danielis & Esdrae, praemissis illius linguae fundamentis ad ductum b. IO. HENR. MICHAELIS, interpretabitur; posterioribus vero diebus doctrinam de accentibus Ebraeorum, ex libello FILII sui de hoc argumento, explanabit. Adde collegium Arabicum, fundamenti loco positurus siue ERPENII siue CLODII Grammaticam Arabicam; de quo, vt & de hora huic labori tribuenda, in conuentu praeliminari d. IX. Octobr. hora I. cum futuris Auditoribus ager.

MICHAEL ALBERTI Publico officio in Physica Subterranea tradenda Doctrinam de Salibus fossilibus vol. D. propediem absoluet. Postea Positiones suas Physicas, vsibus realibus Medicis & Chymicis accommodatas & a futilibus figmentis atque speculationibus liberatas, enucleabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. Prof. P. O. publico h. 4. *Mathesin puram*, h. e. Mathesin vniuersalem, Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam; *priuati* autem h. 2. *Mathesin applicatam*, siue disciplinas mechanicas, opticas, astronomicas cum Architectura ciuili atque militari demonstrabit. *Physicam dogmatico-experimentalem* h. 1. docebit. *Historiam naturalem* per tria regna naturae ad systema LINNAEANVM disposita explicabit die saturni horis 1-3. dis quoque inferuire studebit qui solida *theoriae chemicae philosophicae* suffulata *praxin chemicam experimentorum & operationum* desiderant. Singulae lectiones inchoabuntur die XVI, illa vero in historiam naturalem die XXI. Octobris.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER lectionibus publicis doctrinam de *Meteoris* explanabit, priuato autem studio versabitur in exponenda illa Historiae naturalis parte, quae ad *fossilium & mineralium* cognitionem specialio rem viam pandit, horasque laboribus haece destinatas suo loco & tempore significabit.

DANIEL STRAEHLER hoc semestri publice explicabit Logicam, quam ipse edidit; priuati vero *Metaphysicam* trader; ac denique Mathesin puram inchoaturus est.

D. FRI-

D. FRIDERICVS WIDEBVRG die xvi. Octobris Collegia aperiet sequentia: *Iurisprudentiae Publicae* ab xi--xii. *Historiae Imperii Germanici* a iiii--iv. *Historiae vniuersalis* a iv--v. Publicas lectiones, quas ad *stilii & litteraturae elegantioris* studia referre constituit, ex tabula publica tempestiue indicet.

IO. HENR. CALLENBERG *litterariam* Theologiae *historiam* exponet; & linguae *Graecae vulgaris* (qua hodierna Ecclesia graeca, sacri Ecclesiae occidentalis commercii tam indiga, nec eo indigna, eiusue vniuersè fugiens, vitur) *Elementa*, quae proxime prelum relinquunt, eodemque idiomate a se iam publicatos libellos nonnullos explicabit.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per instans semestre hibernum, Deo auspice, in continuandis *oeconomicis* indefessam adhibebit diligentiam. Qua de re ex tabula publica pluribus aget. Priuatim hora x--xi. *lectiones curiosas graecas* in cunctos noui foederis libros restaurabit; hora ii. *scholas logicas*; & hora iiii--iv. *metaphysicas*, praeunte Per-illustri L. B. de WOLF, aperiet.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice praeleget Osteologiam d. mercur. & saturn. hor. X. priuatim auspicabitur. 1) Physiologiam ad ductum B. HOFFMANNI Medic. System. Tom. I. hor. xi. 2) Chirurgiam Medicam hor. i. 3) Practicum collegium cum cautelis & selectioribus remediorum formulis hor. iv--vi. Initium Lektionum erit d. 16. Octobr.

IO. GOTTLÖB KRÜGER publice doctrinam de hoc mundo corporeo ex principiis *cosmologicis & physicis* demonstrabit, illamque breuibus thesibus ab auditoribus calamo excipiendis comprehendet. Priuatim 1) *Physicam dogmatico-experimentalem* 2) *mathesin puram* 3) *mathesin applicatam* 4) *physiologiam medicam* cum regulis *dieteticis* explicabit. Horas valuae publicae indicabunt.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale Physiologiam publice praeleget. Priuatim vero Historiam Plantarum illustrabit. Initium harum lectionum ex valuis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN Publice in sensum externorum actionibus interpretandis operam ponet. Priuatim Celeber. BOERHAAVII institutiones medicas, quae ad Physiologiam spectant & excell. SCHULZII Pathologiam generalem distinctè explanabit. Priuatissime autem Logicam denuo redauspicabitur. Valuae publicae horum laborem initium rite ostendunt.


D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS in lectionibus suis ad vmbilicum nondum perductis strenue perget ad finem usque; exactis uero *Lipsiensium mundanis* denuo *literis*, quas uocant, *elegantioribus* cuilibet inseruire studebit: quem in finem, consueto tempore, *artem dicendi*, duce cel. GOTTSCHEDIO, & sic dictam *epistolographiam*, NEVKIRCHIORVM praeceptis superstructam, redauspicabitur; utramque autem artem creberrimis exercitiis, genio saeculi accommodatis, inculcabit; reliquum temporis consecrabit iis, qui *carmina, orationes, epistolae aliaque scripta* ab eo desiderabunt.

GE. FRIEDR. MEIER lectionibus suis priuatim interpretabitur H. ix--x. *Metaphysicam* Cel. ALEX. GOTTL. BAVMGARTEN, x--xi. *Politicam* Perill. L. B. de WOLF, ii--iii. *Eiusdem* Logicam, iii--iv. *Ethicam* Philosophicam Celeb. BAVMGARTEN. Publice hora v--vi. dierum Mercurii & Iouis in *Philosophiam* in genere commentabitur, ea vberius diducendo, quae circa definitionem eius partes formam & quae sunt reliqua generaliora philosophiae capita, obseruanda sunt. Praeterea singulis Saturni diebus h. ii--iii. *disputationes metaphysicas* publice continuabit.

P. P. die xxx. Sept. MDCCXLVII.

Halae Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.





13)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCXXXVII.
OCCVPABVTVR

PRO-RECTORE
THEOD. CHRISTOPH. VRSINO,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE HVIVSQVE PRO-
FESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES

Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



I THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, h. t. PRO-RECTOR, per instans se-
mestre hibernum, hora II-III. alteram *Cursus philosophici* partem, quae
practicas continet philosophiae partes, duce S. R. WALCHIO publice in-
terpretabitur; hora III-IV. B. HEINECCI Elementa philosophiae *ra-*
tionalis & moralis exponet; hora IV-v. *Metaphysicam* tradet, ad ductum
theſium suarum; *Anfangs-Gründe der philosophischen Wissenschaften über-*
haupt.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. in scholis publicis, hora tertia po-
merid. habendis, exponet *usum iuris Canonici in iure publico ex instrumento pacis per*
XXXIII. capita, primario ex *art. V.* eiusdem in-
da; priuatis vero curis commentabitur hora
editas, in quibus principia ad intelligentiam tum
ecclesiasticae, priuati aequae ac publicae, tum eius
partes sese diffundit, tradenda sunt.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, *Hor.*
zurae & Gentium duce Grotio in praeclaro opere
Hor. IV. pomerid. vero *Politican* cum genuinis p
plicabit.

LECTIONES THE

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS
carum b. Speneri perget eamque ad finem perdu-
rem epistolam ad Timotheum ad vsus practicos &
terea duabus horis conſuetis *epistolam ad Ephe-*
non praetermissa.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS p
ridie historiam passionis & resurrectionis domin
ribus Euangelistis explicabit: priuatis vero hor

SIGISM. IAC. BAVMGÄRTEN b. c. D. h
cae explicabit, atque hora XI. post controuersu
ſtabit: scholas etiam postmeridianas instaurabit

